



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

61. Sæpius in praxi occurrit ista quæstio. An executores alicujus testamenti, vel legati, qui debent inter pauperes distribuere aliquam pecuniarum summam, teneantur eligere pauperiores? Et idem ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76369)

pum: & poterit gratificare, cui ex pauperibus velit per modum adhaerentis, id est adherendo vnt ex executoribus id tamen intelligendo vti intelligit Albericus, & Doctores Textum ibi in leg. Si quis seruus. Si inter duos, ff. de legat. Secundo, videlicet data omnimoda paritate, seu aequalitate inter pauperes, ab utroque Exequutore nominatos. Nam si essent aliqua ratione inaequales, vt puta propter aliquam qualitatem quibusdam eorum, & non aliis inhaerentem, certe non esset locus recursum ad Episcopum: & sic cessaret gratificatio. Cuius rei exemplum optimu potest dari, si esset iniunctum duobus Exequutoribus, quod si distribuere mille inter pauperes Religiosos, & vnus eorum nominasset Religiosos pauperes alter nominasset pauperes Religiosas; nam licet essent omnes in pari gradu paupertatis, vt quia omnes tam masculis quam foemina essent ordinis Franciscan in archidiacono paupertate constituti, vel vtrumque Monasterium eiusdem instituti, puta Dominicans, vel Augustinenses, qui etiam ex regula sunt Mendicantes: licet ex Regulationibus habeant habenas in adquirendo & retinendo, quam primi Minoritas, nihilominus praferentur pauperes Religiosae, siue Monasteria Monialium: Secundum Cynum singulariter, quem ibi sequuntur Baldus, & Salicetus, per illum Textum, in leg. Cum multa Cod. de donation. ante nuptias. Et idem Baldus, qui eam decisionem commendat, in leg. in multis ff. de stat. hominum, in fin. dicens notandum esse quod ceteris paribus, magis fauetur Monasterio Monialium quam virotum Religiosorum, quia Monasterium Monialium reputatur a iure locus magis pius, & pauperior, quam virotum, propter earum clausuram, & imbecillitatem in acquirendo, secundum Cynum in d. leg. Cum multa, quod dicit menti tenendum. Citat, & sequitur Doctor Petrus a Peralta, eruditissimus Praceptor meus in d. leg. si quis, §. Si inter duos, n. 9. Subiungens, multos dies elapsos non esse, quod istum casum habuit in contingencia facti. Hucusque Melias; qui etiam antea in Concl. 1. n. 45. sic ait: Et pauperibus Monialibus, magis quam Viris, etiam Religiosis, eleemosyna est facienda, quod indigentia in Monialibus magis sit periculosa, cap. 1. de stat. regul. lib. 6. Et quia Viri, conuenienter operari possunt, quam foeminae, leg. Si quis, versio. Ad filias, Cod. ad leg. Jul. de test. & determinat Baldus in leg. Cum multa, Cod. de donat. ante nupt. 2. col. num. 3. post Cynum ibi in vlt. quesi. & Federicus de Senis in conf. 182. incip. factum tale est. & tenuit idem Baldus in d. leg. in multis ff. de stat. hominum. Subdens Monasterium Monialium reputari a iure locus magis pius, & pauperior. Et esse tenendum menti. Quod est in praxi notandum ad explanationem Pragmaticae supra citatae, Comitiorum Madritiorum ann. 1563. die vltimi. Mensis Octobris, per quem vestes ibidem prohibita, & quae a Iudicibus condemnantur, pijs applicantur locis. Et iam ita non semel vidi Practicari. Ita ille: Et post illum inuenio hanc sententiam nouissime docere etiam doctissimum, & amicissimum Franciscum Mariam Pratum in Centuria Practicarum Observationum, Obser. 39. per totam, cui adde Marcum Vidal in Arca Theologiae Moral. tit. de Legatis. Inquis. 2. n. 36. qui citat Genuesem in Praxi Archiepiscopi, cap. 57. n. 15.

RESOL. LXI.

Sapim in praxi occurrit ista questio. An executores alienis testamentis, vel legatis, qui debent inter pauperes distribuere aliquam pecuniarum summam, teneantur eligere pauperiores? Et idem queritur de Confessariis, & Religiosis, qui ha-

beni a secularibus facultatem distribuendi aliquam eleemosynam. Et in dicto casu, an possint Religiosi eligere Religiosos Mendicantes, vel Religiosos sui Monasterij si distributor est Religiosus pro suis necessitatibus? Sed quid est dicendum, quando in testamento relinquuntur, vel pauperioribus detur eleemosyna, an si tantum pauperibus detur, sufficiat, vt non teneatur distributor ad restitutionem? Ex part. 2. tract. 15. & Misc. 1. Ref. 39.

§. 1. DE hac questione dictum est etiam supra in Resol. sed modò aliquid amplius addam. Dico igitur, quod Ildephosus de Azevedo conf. 2. 4. dub. 4. n. 44. affirmatiue respondet; quam sententiam plius docuerat sapientissimus Philippus Decius conf. 72. n. 3. inter verbis. Bona relictà pauperibus debent distribu inter illos, qui sunt pauperiores, arg. text. not. si quis ad declinandam. C. de Episc. & cler. ibi qui pauperior esse agnoscitur; & dato quòd distributio, quae facta esset inter pauperes, non deberet retractari, licet alij pauperiores reperirentur, tamen peccauit ita distribuendo, &c. Hanc opinionem sequuntur etiam Feder. de Senis conf. 95. n. 2. Simon de Pratis de interpol. volunt. interp. 1. dub. 2. num. 94. & alij.

2. At mihi opinio contraria semper Placuit, & in praxi saepius illam consului, si quis authores, qui illam teneant, scire desiderat, hi sunt ex Theologis Cordub. in summa. q. 22. & nouissime noster Siculus D. Bartholomaeus à S. Fausto in speculo Confessariorum diff. 4. q. 17. n. 2. qui citat Syluest. Rodriquez, & Petrus à Nauar. ex Iuriff. Cardinal. Mandica de consuet. lib. 8. tit. 5. num. 6. & Ioan. Matienzo lib. 5. tit. 4. leg. 14. gloss. n. 1. qui citat Barthol. in l. vnum ex familia, §. 1. de legat. 2. & Bald. in l. cum quidam, ad fin. cod. iur.

3. Hinc colligo, quod qui habet facultatem distribuendi inter pauperes, potest etiam eligere Religiosos mendicantes pro suis necessitatibus, vt notat Ioan. Andr. in c. 1. in nouella de testam. lib. 6. & Imola in l. captatoria, in fin. de leg. 1. Vnde etiam Religiosus, cui data est electio, potest bona distribuere inter Religiosos sui Monasterij. Sic Cardinal. in Clem. 1. n. 2. mol. n. 18. & Anchar. n. 16. de testam. Paris. conf. 26. num. 14. vol. 4. Matienzo lib. 1. Recopil. tit. 4. leg. 14. gloss. n. 14. Rosella verb. Restit. 15. n. 8. Syluius ver. testam. 2. q. 2. diff. 15. Peralta l. vnum ex familia, §. rogo, num. 7. ff. de legat. 2. Rationes pro hac sententia videnda sunt apud citatos Doctores.

4. Nota verò circa hanc materiam, quòd quando in testamento relinquuntur, vt pauperioribus aliquid detur quamuis pauperibus detur: sufficit vt non teneatur ad restitutionem, dummodo non fuerint signati, & nominati, licet male fecit, qui pauperioribus non dederit, factum tamen sic tenet per executores testamenti: sic Conradus in suis respons. part. 1. q. 107.

RESOL. LXII.

Solent quia plurimi in morte relinquere Confessariis aliquam pecuniarum summam pauperibus ab ipsis distribuendam, quaesitum à me fuit, an dicti Confessarii teneantur pro supra dicta eleemosyna cosequenda eligere pauperiores? Idem dicendum est, quando eleemosyna fuit relictà ad foeminas maritandas. Et an legatum relictum ad pauperes possit in vnum distribu? Ex p. 2. tit. 16. & misc. 2. Ref. 19. alias 21.

§. 1. Affirmatiue respondet Pala Ruu rep. c. per de stras. de don. inter vir. col. 356. & saltem peccare venialiter Confessarii eligendo idoneum pauperem, si alius est pauperior, putat Io. Valer in suis differentiis vtriusque

Sup. hoc sup. in Ref. 59. §. 1. & in Ref. 104. & in tom. 2. tit. 9. Ref. 63. cur. in §. Sed

Sup. hoc in Ref. 1. not. praeterita, §. 1. paulò post in it. à ver. Vnde, rigne ad ver. Dico igitur, & in tom. 6. tr. 9. Ref. 57.

Sup. hoc pro parte in Ref. praeterita, §. 1. & 2. & pro

IN AE
NIA
IV V
II